



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De illis quid ad sacerdotum exequias venire contemdu[n]t. ccxvi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

reus suo priuetur honore.

*De illis qui ad sacerdotum exequias venire
contemnunt. Cap. CCXVI.*

*Ex cōcil.
Toleta-
no. 8. ca.
3^o*

EA quæ competunt honestati, contingit sæpe quorundam desidia non impleri. Proinde, quia notū est, quæ dignitas in exequiis morientis episcopi ex canonibus cōseruetur, traditione moris antiqui hoc tantū adiicimus, vt si quis sacerdotum secundum statuta Valentini concilii ad humanda defuncti episcopi membra venire cōmonitus, pigra voluntate distulerit, appellatibus clericis obuentis episcopi apud synodum, siue apud metropolitanū episcopum tempore anni vnus, nec faciendi Missam, nec communicandi habeat omnino licentiam. Presbyteri autem siue cæteri clerici, quibus maior honoris locus apud eandē Ecclesiam fuerit, cuius sacerdos obierit, si omni sollicitudine pro exequiis iam mortui, aut continuò antistitis morituri, ad commonendum vicinum episcopum tardè inueniantur, aut per quamcūque molestiam animi id negligere comprobētur, totius anni spatio ad pœnitentiam in monasteriis deputentur.

Vt quicquid episcopo relinquitur, id emissum in facultates Ecclesiæ computetur. Cap. CCXVII.

*Ex cōcil.
Agathēsi*

Pontifices verò, quibus in summo sacerdotio cōstituti ab extraneis, duntaxat donatur aliquid, vel cum Ecclesia aut sequestratim dimittitur aut donatur: quia hæc illi qui donat pro redemptione animæ suæ, non pro commodo sacerdotis probatur offerre, non quasi suum, sed quia id emissum in facultates Ecclesiæ cōputetur: quia iustum est, vt sicut sacerdos habet quod Ecclesiæ dimissum est, ita & Ecclesia habeat, quod relinquitur à sacerdote.

*Vt nullus Episcopus, nisi cum consilio cæterorum episcoporum & principis in hostem ire debeat.
Cap. CCXVIII.*

Cap. Caroli imperatoris de Episcopis Aquisgrani colaudatū

CArolus gratia Dei rex, regniq̄ue Francorum rector & deuotus sanctæ Ecclesiæ defensor, atque adiutor in omnibus apostolicæ sedis. Hortatu omnium fidelium nostrorum, & maximè episcoporum, ac reliquorum sacerdotum consultu, seruis Dei per omnia omnibus armaturarum portare vel pugnare, aut in exercitum, & in hostē pergere